

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

31. De præparatione ad Confessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

meliore spe salutis: quod experiebatur David:  
*Auditui meo dabis gantium & lœtitiam, & ex- ps 50.10:*  
ultabunt ossa humiliata. Ipsi ossa reviciscunt,  
quæ exsiccabat tristitia.

Ex horum consideratione fructuum excita-  
bo meipsum ad superandas difficultates con-  
fessionis, tum etiam ex eo, quod Christus tan-  
tò majora præstiterit, ut mihi veniam para-  
ret peccatorum. Denique, quod potuisset  
graviora his mihi imponere, ad remissionem  
obtinendam, qui alioqui reus eram æternæ  
confusionis, quare in me quadrat illud servi 4. Reg 5.  
dictum ad Naamen: *Pater, et si rem grandem* <sup>13.</sup>  
*dixisset tibi Propheta, certè facere debueras:*  
*quantò magis, quia nunc dixit tibi: Lavare,*  
*& mundaberis?* Ergo pro anima tua non con-  
fundaris, dicere verum: *Est enim confusio ad-*  
*ducens peccatum, & est confusio adducens glo-*  
*riam & gratiam.* <sup>Ecccl. 4.</sup> <sub>24.</sub>

---

## MEDITATIO XXXI.

### *Præparatio ad Confessionem.*

**A**nte judicium Sacramentale instituam ego <sup>Actus</sup>  
ipse mecum judicium de meipso. Ubi Ra- Pœnit.  
tio ipsa sit judex, decernens de gravitate culpa-  
rum, & severam indicens pœnam. *Conscientia*  
accusator occuratissimus nihil indiscretum re-  
linquens; *Timor* autem divini judicii, quasi li-  
ctor, me ad quævis pro avertenda severitate il-  
lius judicij velut adstringens, paratumque ex-  
hibens,

hibens. Denique *dolor* sit exactor pœnæ. Et est quod S. Gregorius ait: *Conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat.* Potro judicium hoc privatum peragam, supremum judicem Deum ante oculos constituens, inspectorem totius meæ actionis: ut inde exstimuler ad severius procedendum adversum me, quod exoptabat S. Job: *Quis tribuat, ut veniam usque ad solium ejus? ponam coram eo judicium, & os meum replebo increpationibus.* Et Isaïas: *Reduc me in memoriam, & judicemur simul.*

*Job. 23.  
4.  
Isa. 43.  
26.*

## PUNCTUM PRIMUM.

Sunt  
partes  
pœni-  
tentiaz.

Contri-  
tio.

Confes-  
sio.

Satisfa-  
ctio.

**Q**uod Deus voluerit, ut actus hominis ipsius, essent pars Sacramenti Pœnitentiaz, ut qui nostris actibus Deum offendimus, nostris quoq; divina ope factis impetraremus veniam, Quare convenit, ut quæ exactissimè perficiantur, sicut universè monemur: *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Sunt porro tres, *Contritio, Confessio, Satisfactione:* Quæ respondent tríplici generi culparum, cogitationis, oris, & operis, pro singulis speciatim implorabimus gratiam; pro contritione, à Spiritu Sancto, qui est amor, ex quo debet manare contritio; à Filiō, pro confessione, ut qui est sapientia, faciat me cognoscere exactè omnia, & integrè confiteri: à Patre pro satisfactione, ut cuius est potentia, conferat fortitudinem ad exequenda opera satisfactionis, fructusque faciendo pœnitentiaz.

PUN-

PUNCTUM II.

**R**EQUISITA AD PRÆDICTOS ACTUS. AC PRIMÒ Confiteo quod  
ad contritionem non sufficit dolor ex me-  
tu servili supplicii, qui vocatur atritio, sed de-  
bet ex amore Dei super omnia proficisci, qui  
vocatur contritio. EST AUTEM CONTRITIO MENSU-  
RA GRATIÆ IN SACRAMENTO CONFERENDÆ, UT PRO  
MAGNITUDINE CONTRITIONIS, DATUR GRATIA MAJOR  
VEL MINOR. EX QUO INTELLIGITUR, QUANTI REFERAT  
DOLOREM ESSE QUAM MAXIMUM. AD QUEM EXCI- SIMILIA.  
TANDUM JUVANT ALLATA SUPERIÙS MED. V. QIBUS  
ADDI POSSUNT ISTA.

I. QUOD SI MATER AMARISSIMÈ FLET SUPER MOR-  
TEM UNIGENITI, QUOMODO NON EGO SUPER MORTE I.  
UT MATER  
SPIRITALI ANIMÆ MEÆ, UNICÆ & DILECTÆ, QUAM UNIGENITI.  
IPSE INTEREMI PECCANDO<sup>E</sup> LUCTUM, INQUIT IEREM. TUM.  
UNIGENITI FAC TIBI, PLANETUM AMARUM. ET VERÒ IER. 6. 26.  
PLANETUS SUPER FILIO EST INUTILIS, ISTE VERÒ SUPER  
ANIMAM, REDDITILLI VITAM. NEC SOLUM FLENDUM,  
QUIA MIHI PERIIT ANIMA, SED QUIA PERIIT DEO, CU-  
JUS IN PRIMIS ERAT. ERGO, DOMINE, ERUE A FRA- PS. 21. 21  
MEA ANIMAM MEAM, & DE MANU CANIS UNICAM  
MEAM.

II. DE CHRISTI MORTE EST APUD ZACHARIAM,  
PLANGENT EUM PLANETU, QUASI SUPER UNIGENITUM. II.  
UT CHRI-  
EGO AUTEM PECCANDO PRÆBUI OCCASIONEM MORTI STUM CRU-  
EJUS, IMÒ, RURSUM MIHIMET IPSI FILIUM DEI CRUCI- CIXUM.  
FIXI, & OSTENTUI HABUI. ET QIBUS NON LACRYMIS ZACH. 12.  
TANTUM FACINUS EXPIABO?

III. SPONSA MÆRET DE AMISSO SPONSÖ, CUM Ut Spon-  
QUO OMNIA AMISIT, & ANIMA DOLORE SATIS UNQUAM tum a-  
MISSUM,  
POTERIT

126 *Pars I. Meditatio XXXI.*

poterit jacturam cœlesti sponsi , omniūmque ,  
quæ sibi contulerat charismatum? Viduata por-  
ro caret etiam fructu prolis bonorum operum.  
Quod si istæ considerationes lacrymas amoris  
non eliciunt , accersantur aliæ , à severitate di-  
vini judicii , & suppliciorum , quæ timoris la-  
crymas provocent , unde ad amorem fiat gra-  
dus.

## PUNCTUM III.

**C**ōfessio **R** Equisita ad Confessionem. I. Propositum  
**I.** **R** certum confitendi omnia , superata omni  
**integra.** confusione. Nam , si pudore nunc vincaris ,  
**Ios.7.25.** quomodo feres confusionem judicij tremendi ?  
**s. Reg.** & cùm tua delicta perspecta sint Deo , ut quid  
**12.13.** refugis eadem ministro illius manifestare ?  
**præsertim** , quòd manifestatio hæc est tibi ad  
vitam , non sicut illa *Achan* , cùm iussus est  
*confiteri furtum* , & dare gloriam Deo , ob quod  
*lapidatus* est : sed qualis fuit Davidis apud Na-  
than , à quo retulit responsum , Et *Dominus*  
*transtulit peccatum tuum*. Quare expedit , ut  
confessio inchoetur ab eo peccato , de quo mox  
erubescimus: ut Goliat prostrato , phalanges re-  
liquæ facile profligabuntur.

**II.** II. Propositum cum omni demissione con-  
**Cādida.** fitendis , ut sit confessio clara & simplex , absque  
excusatione sui , vel accusatione alterius , ut fe-  
cere primi parentes ; item absque diminutione  
peccati , vel etiam exaggeratione , quæ obstet  
veritate , in qua potest subesse superbia per  
ostentationem humilitatis.

III. Ut

III. Ut velit Confessarii monita patienter, III.  
libenterque audire, ut audivit David reprehē- Humilis  
sionem Prophetæ. *Anti tacens, & pro reveren-* Ecclesiastes 32.  
*tia accedit tibi bona gratia.* 9.

Conferet ad hæc, intueri personam Confes- Sacer-  
sarii tanquam Dei ipsius, Deumque in illo in- dos  
terius & exteriūs venerari, nam & ideo sacer- Dei Vi-  
dos non utitur verbis precatoriis in absolven- carius.  
do, sed absolutæ potestatis. *Ego te absolvo.* O  
quanti istud salutis verbum comparari dignum  
est? & amittes tu ob levissimum pudorem? Au- Eccl. 20.  
di Sapientem. *Quām bonum est correptum ma-* 4.  
*nifestare pœnitentiam? sic enim effugies volun-* Ezekiel.  
*tarium peccatum.* Si manifestaveris Omnia 18. 22.  
*iniquitatum tuarum non recordebitur Dominus.*

## PUNCTUM IV.

**C**irca Satisfactionem. I. Paratus ero præ- Satisfactione.  
stare omnia, quæ mihi fuerint à Confessa-  
rio injuncta, vel ad medicinam peccato facien- I.  
dam, vel ad satisfaciendum: Deo pro injuria,  
nam cùm gratis mihi remittatur pœna æterna  
culpæ mortali debita, inque temporariam  
committetur, convenit, ut hanc tota voluntate  
suscipiam, sicut David. *Ego in flagella paratus* Ps. 37.  
*sum, & dolor mens in conspectu meo semper; quo-* 18.  
*niam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo*  
*pro peccato meo.*

II. Iuverit memoria acerbissimæ pœnitentiarum, II.  
quam Christus in passione sua subivit pro pec- Memo-  
catis meis, ne pro magno mihi sit, tantò mino- ria pas-  
tem pro reatu me peragere. Confert etiam pœ- fionis  
Christi,  
nas

Purga-  
torii.

nas purgatorii cogitare, quæ cùm gravissimæ  
sint, licet eas nunc redimere minori multò satis-  
factione. Quin hæc ipsa satisfactio acceptatur à  
Deo ad novum augmentū gratiæ & gloriæ, quod  
purgatorii cruciatibus non est concessum.

III.  
Proposi-  
tum e-  
mēdan-  
di.

Ier. 31.  
21.

III. Necessarium est, serium propositum non  
peccandi in posterum, sine quo est constitutio fi-  
cta, confessio sacrilega, satisfactio inutilis, &  
absolutio iurantis ab effectu, quin nec venialis  
culpa absque simili proposito remitti potest.  
Quamobrem, ut monet Ieremias, *Statue tibi  
speculam (explora peccata tua) pone tibi amari-  
tudines (amarè illa defle) digire cor tuum in viam  
rectam, in qua ambulasti, quod est, propone  
ex corde vitam tuam corrigerem.*

## MEDITATIO XXXII.

*Gratiarum actio pro beneficio ab-  
solutionis.*

Confes-  
laudis.  
Ose 14.  
2.

Vitulila-  
biorum.

**D**uples est confessio, & peccatorum, & lau-  
dis divinæ: convenit autem, ut hæc illi suc-  
cedat, quod suadet Oseas. *Convertere Israël, ad  
Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in ini-  
quitate tua. Tollite vobiscum verba, Edicite ei,  
Omnem aufer iniquitatem, E accipe bonum &  
reddemus vitulos labiorum nostrorum. En humilis  
confessio peccati, cùm autem Omne aufer iniqui-  
tatem, propositum autem emendationis ibi. Ea  
accipe bonum, deniq; gratiarum actio sunt vitu-  
li labiorum. De qua etiam David, *Sacrificium  
laudis honorificabit me, & illic iter, quò ostendam  
illæ**